



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCXC. Markgraf Hermann verschreibt seiner Gattin Anna, einer Tochter
des Königs Albrecht, die Graffschaft Henneberg und seine Herrschaft in
Franken, am 25. Novbr. 1298.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

dolfo duce Bawarie comite palatino reni, Ottone Marchione Brandeburgenfi et de Landesberg, Alberto duce Saxonie ac Hermannio juniore filio Ottonis Marchionis Brandeburgenfis. Datum Colonie, V. kal. Septembris, Anno d. MCCXCVIII, regni anno I.

Nach Höfer, Regesta Tabularii regii Berolinens. Mspt. II, 250.

CCXC. Markgraf Hermann verschreibt seiner Gattin Anna, einer Tochter des Königs Albrecht, die Grafschaft Henneberg und seine Herrschaft in Franken, am 25. Novbr. 1298.

Hermannus, dei gracia marchio Brandeburgenfis, de Hennenberch et de Landesberch dominus, uniuersis cristi fidelibus presentes litteras inspecturis seu auditoris salutem et noticiam subscriptorum. Presentes vite negotia consumit edax obliuio, et acciones, quas mundus ordinat et disponit, successiuis delentur temporum processibus et momentis, nisi fidelis scripture testimonio in thesauris memorie reponantur. Ad uniuersitatis igitur vestre noticiam tenore presencium cupimus peruenire, quod uotuis commoditatibus et honoribus iuncte domine Anne, serenissimi domini nostri Alberti Romanorum Regis filie, thori nostri confortis karissime, affectu puro volentes intendere, sicut decet, sibi comitatum seu dominium in Hennenberch, nec non dominium nostrum in Franconia, cum hominibus, opidis, castris, municionibus, villis, terris, cultis et incultis, siluis, pascuis, pratis, forestis, nemoribus, piscationibus, aquis, aquarum decursibus, possessionibus, monetis, theloneis, vectigalibus et pedagiis quibuscunque iuribus et jurisdictionibus omnibus et singulis aliisque suis attinentiis uniuersis, quocunque nomine seu tytulo censeantur, ad eundem comitatum seu dominium pertinentibus, tam iure proprietatis quam iure seu tytulo feudali, a quibuscunque ipsa bona feodalia in terris predictis, videlicet ab Imperio, a venerabilibus patribus et dominis Babenbergenfis et Herbipolenfis Ecclesiarum Episcopis siue a fuldensis et Hirsueldensis Ecclesiarum abbatibus uel a quibuscunque aliis teneantur, ex liberalitate munificencia aliquibus de causis infirmari non valeat seu quomodolibet viciari, feoda omnia et singula, que in comitatu et dominio videlicet in Hennenberch et in Franconia et terris antedictis a principibus et abbatibus memoratis tenemus et possidemus tytulo feudali, in manibus principum eorundem, ipsis renunciationi huiusmodi suum adhibentibus consensum beniuolum et assensum, resignauimus absolute, libere et expresse. Ipsi uero principes antefati videlicet domini Lupoldus Babenbergenfis et Manegoldus Herbipolenfis Ecclesiarum Episcopi, necnon domini Henricus fuldensis et . . *) Hirsueldensis ecclesiarum Abbates, nostris tandem inclinati precibus studiosis, feoda omnia et singula, que ab eisdem in predicto comitatu et dominio nostro in Franconia tenemus ac terris etiam me-

*) Lücke in der Original-Urkunde.

moratis nobis et supradicte domine Anne, contorali nostre karissime sponte et libere concesserunt Nos una cum saepedata domina Anna, consorte nostra, inuestiando de feodis antedictis sollempniter atque rite, Nobilibus viris Vlrico de Hanowe et Gerlaco de Bruberch, vasallis, principum eorundem huiusmodi collationem et inuestituram vice et nomine predictae domine Anne recipientibus manifeste libere et expresse. In premissorum igitur omnium testimonium euidens et memoriam sempiternam presens scriptum exinde conscribi et figilli nostri munimine iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Venerabilis pater dominus Heinricus constantiensis ecclesie Episcopus, Spectabiles viri Eberhardus comes de Wirtemberch, Ludwicus comes (de) Oettingen, Burchardus comes de Hohemberch, Rudolfus comes de Werderberch, Vlricus de Hanowe, Gerlacus de Bruberch, Waltherus de Barbey, nec non strenui viri Johannes de Gattersleben, Bernhardus de Plotzke, Heinricus, Gebhardus et Fridericus milites de Aluensleuen, Johannes de Barbey, Johannes de Chrusmarch, Albertus de Grobe, Eberhardus de Walse, Marquardus de Schelleberch, Heinricus, Waltherus de Ramfwak, Nicolaus de Wartenuels magister curie Regalis, Hermannus Marschalcus de Landemberch, Johannes de Sumerowe et alii quam plures ydonei et fide digni. Datum et actum apud Nuremberch, VII. kal. decembris, anno domini M^o. CC^o. nonagesimo octauo, iudicione XII^a.

Nach dem Originale im K. K. Geh. Haus-, Hof- und Staats-Archive zu Wien.

CCXCI. Markgraf Otto von Brandenburg verschreibt der Gemahlin seines Bruders Heinrich, einer Schwester der Herzöge von Baiern, ein Ehegeschenk von 12000 Mark und bestellt dafür Bürgschaft, am 26. November 1298.

Nos Otto, dei gratia Marchio Brandenburgensis et de landsperg, tenore presentium profitentes declaramus, quibus expedit, uniuersis, Quod cum frater noster dilectus Henricus marchio Brandenburgensis Illustris, inclitam Dominam, Illustrium dominorum ducum Bawarie sororem, de maturo consilio et applausu iocundo amicorum presentium duxerit per verba de presenti legitime in vxorem, Nos eidem domine in donatione propter nuptias prouentus siue redditus ad valorem duodecim milium marcarum deputatos et estimatos a tempore nuptiarum suarum ad duos annos continuos dabimus et promittimus nos daturus, constituentes, prestantes et obligantes vna nobiscum fideiussores pro eisdem redditibus siue prouentibus sub condicionibus infra scriptis venerabiles dominos Halberstadenfis, Merseburgensis, Brandenburgensis ecclesiarum Episcopos, fratres nostros dominum Conradum marchionem et predictum dominum Henricum marchionem illustres et fratrualem nostrum dilectum Dominum Johannem marchionem, comitem Albertum de Anehalt et comitem Bernhardum de Anehalt illustres, comitem Meinerum de Sladam, comitem Heinricum de Honstein, comitem burchardum de Lyndow,